



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Decretum prorogationis Sessionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

## SESSIO XV.

QVAE EST QVINTA,  
SVB IVLIO III. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE XXV.  
IAN. M. D. LII.

Decretum prorogationis Sessionis.

**C**Vm ex eo, quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hec, & vniuersalis Synodus per hos dies accuratissimè, diligenter & tractauerit ea, quod ad sanctissimum sacrificium, & ad Sacramentum Ordinis perpetuæ, vt hodierna Sessione, quemadmodum Spiritus sanctus suggeri set, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad sanctissimum Eucharistie Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessione dilatos publicaret: atque interim affutuios esse putauerit ad hoc saerosactum concilium eos, qui Protestantes se vocant; quorum causa eorum publicatione articulorum distulerat; & vt liberè, ac sine cunctatiōe vila hac vnirent; fidē eis publicā, siue saluum a condūm cōcesserat: tamē, cūm illi nondum venerint, eorum nomine supplicatū huic sanctae Synodo fuerit, vt publicatio, que hodierno die facienda fuerat, in sequentem Sessionē differatur, certe spe allata, efficiuros eos esse omnino multò amittam Sessionē; saluo cōductu amplioris formæ interim accepto; eadē Sancta Synodus, in Sp*itu*

a Sess. 13.

ritu

ritu sancto legitimè congregata, eisdē Legato,  
& Nuncijs præsidentibus, nihil magis optans,  
quām ex præstātissima natione Germanica o-  
mnes de religione dissēfiones, & schismata tol-  
lere, ac eius quieti, paci, otioq; cōsulere; para-  
ta, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, &  
benigne audire, confidensque eos non fidei Ca-  
tholicæ pertinaciter oppugnand.e, sed veritatis  
cognoscend.e studio esse venturos, & vt Euang-  
elicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris  
Ecclesiæ decretis, ac discipline ad extremum  
esse acquieturos; sequentem Sessionem ad edē-  
da, & publicanda ea, que supra comimorata  
sunt, in diem festum sancti Iosephi, qui erit  
19. mensis Martij, distulit; vt satis illi tempo-  
ris & spatiij habeant, non solū ad veniendū,  
verum etiam ad ea, quæ voluerint, ante quam  
is dies veniat, proponenda. Quib[us] ut omnem  
cunctandi diutius causam adimat, fidem pu-  
blicam, siue saluum conductum, eius, qui reci-  
tabitur, tenoris, & sententiae, libenter dat, &  
concedit. Interea verò de Matrimonij Sacra-  
mento agendum, & de eo, præter superiorum  
decretorum publicationem, definiendum esse,  
eadem Sessione statuit, & decernit, &  
prosequendam esse materiam  
reformationis.